

ILLVSTRISSIMO

ET MAGNANIMO PRINCIPI GEORGIO,
 SAXONIAE DVCI, THVRINGIAE
 LANDTGRAVIO, MARCHIONI
 MISNAE, ERASMVS STEL-
 LA HIPPOCENIVS LI-
 BONOTHANVS FE-
 LICITATEM.



Ellum quod progenitores tui Georgi prin-
 ceps illust. aduersus duos Rom. Imperat.
 Albertum & Adulphum, dum patriam
 hanc nostram armis occupandam conten-
 derent, non minus fortiter, q̄ pie gesserunt, superioti-
 bus annis, Ioannes Garzon Bononiensis præceptor
 meus eruditissimus, historia tum eleganti, tum illustri
 complexus est, quā fratri tuo Federico principi & ma-
 gnanimo, & pientissimo dicauit, uel quo res tam p̄-
 lustres Federico duce gestæ eadem Federico auspice in
 publicum prodirent, uel quo generosissimo principi
 domi esse, ut in prouerbio est, indicaret, unde rationē
 imperandi sumeret, hoc est, gentilicia exempla patere,
 quibus ad consummati principis munus obeundum
 incitaret, rebusq̄ patriæ, & pacis & belli tempore salu-
 briter consulere posset. Cum nulla accommodacion uia
 principi ad recte agendum, ac iuste decernendum in-
 veniri

ERAS. STELLA AD GEOR. DVCEM SAX. ,

ueniri queat, q̄ sibi maiorum uestigia, quibus patriæ decus, cōmodum & salus obtigit, imitanda præponere, ut his obseruatis, res patriæ facilius, non modo conferuatur, sed etiā ampliaturus sit: qua opinione sapien-
tissimus ille animi effector nihil à uia aberrauit. Nam breui post, Federicus noster cui latissimū Borussiæ im-
perium cum sacro sanctæ Teutonicorum militiae, supre-
mo magistratu delatum est, talem egit principem, qua
lem ante eum nullus, post ipsum uix alter. Tanta enim
sapientia, iustitia, prudentia, magnanimitate, uniuer-
sam prouinciam administravit superiorum bellorum
incommodis: non solum laceram, sed etiam ob diuersa
factionum studia in noua bella, ueluti inter saxum &
factum constituta, pendentis. ut eam & pacatissimam,
& omnium rerum copia florentissimam redderet, qui-
bus commodis Borussia non modo se uiuo, sed & post
fata eius perfungit, qua etem hodie felicitate gaudet,
Federici prudentiæ acceptum refert, q̄ ea diligentia se-
minaria procurauit, ut plantulas perpetuæ pacis par-
turirent: quamobrem nō solum suis charus, sed & fini-
timis gratus, hostibus uero formidabilis extitit. At de
his fuisius in commentarijs nostris de rebus Borussicis,
Nunc stilum ad historiam Garzonis uertamus, quæ
maiorum tuorum, princeps illustriss. præclara facinora
uiuo & germano simulacro exprimit, quæ auitas uir-
tutes depromit, super hæc ciuium amorem in princi-

A 2 pem

4 ERAS. STELLAE LIBONOTHANI EPIST.

pem suum indicat , quin etiam ipsa pacis & belli arteis edocet. Insuper stratagemata pulcherrima oculis subiicit, deniq; labores, pericula, exantlationes , quibus patria tua nunc florentissima, & conseruata, & aucta est, recenset: quæ cuiq; cognitu, nō poterunt non esse iucun dissima : cuncta tamen hucusq; caligine obliuionis, & Cimmerijs (qd aiunt) tenebris inuoluta, sine honore, sine gratia iacuerunt , quod idoneum scriptorem non reperierunt, quo usq; Garzonis nostri literario lumine, quod unicum præclaris rebus immortalitatis assert, illustrata , & è recessu antiquitatis , ceu è Letheis aquis asserta: in hominum coronas prodire non erubesceret, solem, luce nq; nihil formidarent. Verum cum Federicus germanus tuus omnis uirtutis specimen , lege fatali è uita hac ad meliorem cōcessisset, ne recens hæc fetura patrono cum parente orbata, anteq; oculis hominū obuersaretur, in pristinas tenebras rediret, ac perpetuis carceribus lege obliuionis damnata manciparetur. Ego pro mea in domum tuam illustrissimam obseruantia, & quo animi in te mei studium utcunq; testificarer, has mihi partes desumpsi , ut foribus patefactis ipsam è uinculis assererem, anteq; ora hominum in theatris, in concionibus , in foro , in diatribis sisterem. Quare, ceu mihi præfigit animus, domui tuæ splendorem, patriæ ornamentum, ciuibus uoluptatem, literarum studiosis notitiam & utilitatē me adlaturum auguror . Quod si aliena

aliena à nostratisbus sæpenumero cum delectatione, simulq; admiratione leguntur, cur ea quæ nostra sunt, & tam sapiéter, q; prosperiter gesta despiciunda forent: præsertim cum ea ipsa à Garzone ex fide & diligentia conscripta sint, eóq; dicendi genere condita, quo nulli classorum cedant. Verum cum inuidia gloriæ comes esse solet, quo tam præclara facinora maiorum tuorum malignitatis aculeos effugere possint, Te principem illusterrimum ipsis patronum delegi, sub cuius tutela inuulgenter, non dubito quin tuis auspicijs freti, omnē loquutuleiorū rabiem facile superabunt. Insuper tuam celsitudinem rogo, immo obsecro, ut à rebus seriosis ferratus, ocium tuum illius historiæ lectitationi accommodare uelis, inuenies in ea cōplurima quæ tua interesse putantur, & quæ ad usum Reipu. conducibilia deprehendes. Quemadmodum enim Demetrius Phaleætus, Ptolemaeum Aegyptiū monuit, ut libros in quibus iusti regis, & clarissimorū principum gesta scripta essent, studiose lexitaret, è manibusq; nunq; dimitteret, q; in his exempla digna imitatione continerentur. Quod Alexander cognomento Magnus adeo obseruavit, ut Homeri Iliada quā interdiu in manibus uerbat, noctu etiam sub puluinari retineret, sæpiuscule dictans, se eius lectione ueluti sapientissimis consiliis uti. Sed, ne sus Mineruam doceat, receptui canam, hoc si adiecerō. Natura ita cōparatum esse, ut exempla

A ; progenitorū

progenitorum in natos natorum , & qui nascuntur ab illis, usq; in omnem posteritatem traduci, ob id imitatu facilia fore. Superuacaneum duxi me Garzonis laudibus intendere, cum ipse suo splendore sic resulgeat, ut id moliens, facibus Soli lumen addere uiderer.

IOANNES GAR-
ZON BONONIENSIS, ILLVSTRISSIMO
FEDERICO DVCI SAXONIAE,
THVRINGORVM ET MIS-
SINENSIVM PRIN-
CIPI S. P. D.



Emper meæ cōsuetudinis fuit illustrissime Princeps, ut qui omnem operam atq; inge nium ad uirtutem contulissent, hos amplissimis laudibus prosequerer. Haud enim scio quid uirtute præstantius in rebus humanis inueniri queat: quando qui eam possident, soli sunt diuites: soli fruuntur rebus sempiternis: quod si qui urbis præsunt, ea fuerint prædicti atq; ornati. Hos non cum summis uiris comparo, sed simillimos deo iudico. Plus

AD F
ter centum
mus tua fa
dī immor
Hanc iao o
nates, cum
lectio glad
uis, & Ar
nacha dec
mlocatus q
infinitus, sec
lina uxore
& Vaifelh
hereticorum
futor, lib
quaquam d
le paenit
atus est, s
benus oer
peratoribus
uerius Mc
(qui hod
tationa se
fuerunt si
detata est
uorant.)
Germania